illa vnigenitũ Filium tuum (*si fuere de la Virgen se diga*: Beatissimã Virginem: *si de algun Santo Apostol*, gloriosum Apostolum: *si de algun Martyr* Martyrem: *si de algun Confessor*: Confessorem: *si de algun sancto Pontifice*. Pontificem: *si de alguna Virgen*, Virginem) suppliciter colere, & honorare studuerit, illius meritis, & obtentu à te gratiam in præsenti, & æternam gloriam obtineat in futurum Per eundem Christum Dominum. &c ℟. Amen. *Eche agua bẽdita sobre la imagen*

¶ BENDICION DE LA PRIMERA PIEdra quando se à de edificar alguna Iglesia.

¶ *Antes que la primera piedra se bendiga, fi-gese por vn Sacerdote vna Cruz de palo en e lugar en donde deue estar el Altar, y esto se vn dia antes de la bendicion, y en el dia siguiẽt la piedra que se à de poner por fundamento d la Iglesia deue ser quadrada, y esquinada, l qual se bendiga deste modo. El Sacerdote reues*

tid

tido de amicto, alba, cingulo, estola, y capa de color blanco bendice la sal, y el agua (si no es q̃ antes estè ya bendita con la bendicion ordinaria del Missal) y entre tanto mientras se canta la Antiphona con el Psalmo siguiente, ròcia el lugar en donde està puesta la Cruz con el agua bendita. *Aña.* Signum salutis pone Domine IESV Christe in loco isto, & nõ permittas introire Angelum percutiẽtem. *Psalmus.* Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum, & caro mea: exultauerunt in Deum viuum. Etenim passer inuenit sibi domum: & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos. Altaria tua Domine virtutum: Rex meus, & Deus meus. Beati, qui habitant in domo tua Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te. Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo dispo-

ſuit in valle lacrymarum, in loco, quẽ poſuit. Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutẽ: videbitur Deus Deorũ in Sion. Dñe Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob. Protector noſter aſpice Deus: & reſpice in faciẽ Chriſti tui. Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis: ſuper millia. Elegi abiectus eſſe in Domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quia miſericordiam, & veritatem diligit Deus gratiam, & gloriam dabit Dominus. Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo, qui ſperat in te. Gloria Patri, &c. *Acabado el Pſalmo, el Sacerdote buelto hàzia el lugar que roció con el agua bendita, dize.* Oremus.

DOmine Deus, qui licet cœlo, & terra non capiaris, domum tamẽ dig-

dignaris habere in terris, vbi nomen tuum iugiter inuocetur, locum hunc, quæsumus Beatæ Mariæ semper Virginis, & Beati N. (*nombrando al Santo, ò Santa en cuya honra, y nombre se fundare la Iglesia*) omniumq; Sanctorum intercedentibus meritis, sereno pietatis tuæ intuitu visita, & per infussionem gratiæ tuæ ab omni inquinamento purifica, purificatumque conserua, & qui dilecti tui Dauid deuotionem in Filij tui Salomonis opere compleuisti: in hoc opere desideria nostra perficere digneris: effugiantque omnes hinc nequitiæ spirituales. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. *Despues estando en pie bendice la primera piedra diziendo.* ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui

 fecit

fecit cœlum, & terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum. ℣. Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes. ℟. Hic factus est in caput anguli. ℣. Tu es Petrus. ℟. Et super hanc petram, ædificabo Ecclesiam meam. ℣. Gloria Patri, &c. ℟. Sicut erat in principio, &c.

Oremus.

DOmine IESV Christe Filij Dei viui, qui es verus omnipotens Deus, splendor, & imago æterni Patris, & vita æterna, qui es lapis angularis de mõte sine manibus abscissus, & immutabile fundamẽtum, hunc lapidem collocandum in tuo nomine confirma, & tu, qui es principium, & finis, in quo principio Deus Pater ab initio cuncta creauit, sis, quæsumus, principium, & incrementum, & consumatio ipsius, operis, quod debet ad laudem, & glo-

riam

riam tui nominis inchoari. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. *Luego ròcia la piedra con agua bendita, y tomando el cuchillo haze con el la señal de la Cruz en las quatro esquinas della diziendo*: In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus sancti ✠ Amen. *Lo qual hecho dize.*

Oremus.

BEne ✠ dic Domine creaturã istam lapidis, & præsta per inuocationem sancti tui nominis, vt quicumq; ad hanc Ecclesiam ædificandam pura mente auxilium dederint, corporis sanitatem, & animæ medelam percipiant. Per Christum Dominũ nostrum. ℟. Amen. *Despues se digan las Ledenias ordinarias sin las Oraciones puestas al fin dellas: las quales dichas, y aparejado, y dispuesto el cimiento, y asistiẽdo alli el Maestro de la tal obra, el Sacerdote empieçe la siguiente* Antiphona

prosi-

prosiguiendola los cantores. Manè ſurgens Iacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum deſuper: votum vouit Domino: verè locus iſte ſanctus eſt, & ego neſciebam. *Pſalmus.*

NIſi Dominus ædificauerit Domū: in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtrà vigilat qui cuſtodit eam. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hæreditas Domini, Filij; merces, fructus ventris. Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſſorum. Beatus vir, qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: nō confundetur, cum loquetur inimicis ſuis in porta. Gloria Patri, &c. Lo *qual dicho el Sacerdote eſtando en pie toca la piedra, y la pone en el cimiento, diziendo.* In fide Ieſu

Chriſ-

Christi collocamus lapidem istum pri-
narium in hoc fundaméto. In nomine
Patris,✠& Filij,✠& Spiritus✠sancti.
Vt vigeat vera fides hìc,& timor Dei,
raternaq; dilectio;& sit hic locus desti-
iatus orationi,& ad inuocãdum,& lau-
andum nomen eiusdẽ Domini nostri
E S V Christi,qui cum Patre, & Spi-
itu sancto viuit , & regnat Deus per
mnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.
*En el entretanto el Maestro de la tal obra pone
n su lugar la piedra con el cimiento ; despues el
acerdote ròcia la piedra con agua bendita di-
iendo:* Asperges me Domine hyssopo,
t mundabor, lauabis me, & super ni-
em dealbabor. *Psalmo.* Miserere mei
Deus secundum magnam misericordiã
uam,&c. *Dizese todo con* Gloria Patri,&c.
*El qual dicho el Sacerdote echa agua bendita à
odos los cimientos (si estan abiertos , mas si no
stan abiertos và al rededor de la Iglesia rocian-
do*

do con agua bendita los cimientos señalados por el Maestro de la tal obra), y empeçando à rociar, empieça la Antiphona siguiente, prosiguiendola hasta el fin los cantores. O quam metuendus est locus iste, vere nõ est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. *Psalmus.*

FVndamẽta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas Dei. Memor ero Rahab & Babylonis: sciẽtium me. Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum: hi fuerunt illic. Nunquid Sion dicet, Homo, & homo natus est in ea: & ipse fundauit eam Altissimus. Dñus narrabit in scripturis populorum, & principum horum qui fuerunt in ea. Sicut lætantium omnium: habitatio est in te. Gloria Patri, &c. *Antiphona.* O quam metuendus est locus iste, vere non est hic aliud, nisi do-

lomus Dei, & porta cœli. *En el entretan- ̃o và hechando agua bendita â los cimientos abier- os, ò señalados, y repetida la Antiphona. dize: stando en pie:* Oremus. *Los ministros.* Flec- amus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens, & misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam præ cęteris gratiam contulisti, vt quic- quid in tuo nomine dignè, perfectèque b eis agitur, à te fieri credatur, quæ su- nus immensam clementiam tuam; vt quicquid modo visitaturi sumus, visi- es: & quicquid benedicturi sumus be- e ✠ dicas, sitque ad nostræ humilita- is introitum, Sanctorum tuorum me- itis fuga dæmonum, Angeli pacis in- ressus. Per Christum Dominum nos- um. ℟. Amen.

DEus, qui ex omnium cohabita- tione Sanctorum æternum ma- estati tuæ condis habitaculum, da

ædi-

ædificationi tuæ incrementa cœleſtia; vt quod te iubente fundatur, te largiente perficiatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

¶ BENDICION DE LA IGLESIA nueua, ò Oratorio publico, para que alli ſe pueda celebrar el ſantiſsimo ſacrificio de la Miſſa.

¶ *El Sacerdote que tiene facultad, y ha de bendecir vna Igleſia nueua, para q̃ en ella rectamente ſe celebre el diuino ſacrificio de la Miſſa, reueſtido de eſtola, y capa blanca precediendo la Cruz entre los cyriales con candelas encendidas, por la mañana vâ â la primera puerta de la Igleſia, ò Oratorio en donde eſtando en pie buelto hàzia ella dize abſolutamente eſta Oracion.*

ACtiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præueni, & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cæpta finiatur. Per Chriſtum Domi-

Dominum noſtrum. ℟. Amen. *Luego empieça la Antiphona.* Aſperges me Dñe, &c. *Y los cantores la proſiguen.* Pſalmo. Miſerere mei Deus, &c. *En el fin*: Gloria Patri, &c. *En el entretanto andan al rededor de la Igleſia por la parte de fuera, y la Igleſia por de dentro deue eſtar vacìa, y juntamente los Altares deſnudos ſin ornamento alguno, la gente y pueblo fuera della haſta que ſe acabe la bendicion, y el Sacerdote tomando el hyſſopo boluiendoſe al lado derecho de la Igleſia, ròcia las paredes de la Igleſia en la parte ſuperior dellas, eſto es arriba, y luego en los cimientos cõ el agua bendita diziendo*: Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem de albabor. *Bueltos otra vez al lugar de donde començò la proceßion, repetida la Antiphona por los cantores, el Sacerdote eſtando en pie como de primero buelto à la Igleſia dize*: Oremus. *Los miniſtros.* Flectamus genua. ℟. Leuate.

DOmine Deus, qui licet cœlo, & terra non capiaris, domum tamẽ dignaris habere in terris, vbi nomen tuum iugiter inuocetur, locum hunc, quæſumus Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & Beati N. omniumque Sanctorũ intercedentibus meritis, ſereno pietatis tuæ intuitu viſita, & per infuſionem gratiæ tuę ab omni inquinamento purifica, purificatumque conſerua; & qui dilecti tui Dauid deuotionem in filij ſui Salomonis compleuiſti, in hoc opere deſideria noſtra perficere digneris; effugiantque omnes hinc nequitię ſpirituales. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, &c. *La qual Oracion acabada, todos van al Altar mayor entrando de dos en dos, cantando las Ledanias los cantores, y en donde y quando ſe vuiere dicho el Verſo.* Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris. Te

ro-

rogamus audi nos: *se leuanta el Sacerdote, y con voz clara, y alta, è inteligible dize.* Vt hanc Ecclesiam tuam, & Altare ad honorem tuum, & nomen sancti tui. N. purgare,& bene ✠ dicere digneris. Te rogamus audi nos. *Quando dize:* benedicere, *con la mano derecha bendice la Iglesia, y el Altar, despues se hinca de rodillas como al principio, hasta que se acaben las Ledanias, y los cantores prosiguen.* Vt nos exaudire digneris. Te rogamus audi nos. Fili Dei te rogamus audi nos. Agnus Dei, &c. *Dicho el postrer* Kyrie eleyson. *El Sacerdote estando en pie dize:* Oremus. *Los ministros.* Flectamus genua. ℟. Leuate.

PRæueniat nos, quęsumus Domine misericordia tua, & intercedentibus omnibus sanctis tuis, voces nostras clementia tuę propitiationis anticipet. Per Christum Dñum nostrum. ℟. Amen. *Entonces estando apartado algo*

distante del Altar, è hincado de rodillas, y signandose dize: Deus in adiutoriũ meum intende. *Y luego al punto se leuanta respondiendo los cantores.* Dñe ad adiuuandum me festina. *El Sacerdote estando en pie dize:* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. *El Coro responde.* Sicut erat in principio, &c. *Despues el Sacerdote dize.* Oremus. *Los ministros:* Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens, & misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam prę cęteris gratiam contulisti; vt quicquid in tuo nomine dignè, perfectèq; ab eis, agitur, à te fieri credatur; quæsumus immensam clementiam tuam, vt quicquid modo visitaturi sumus, visites, & quicquid benedicturi sumus, bene✠dicas, sitque ad nostræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis fuga dæmonum, Angeli pacis ingressus. Per Dominum nostrum. &c.

Di-

Dichas estas cosas empieça la Antiphona: Benedic Domine domum istam nomini tuo ædificatam: *con los tres Psalmos siguientes.*

AD Dominum cum tribularer clamaui: & exaudiuit me. Domine libera animam meam à labijs iniquis: & à lingua dolosa. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam? Sagittę potentis acutæ: cum carbonibus desolatorijs. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar: multũ incola fuit anima mea. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Gloria Patri, &c.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à Domino: qui fecit cœlũ, & terram. Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet, qui

custodit te. Ecce non dormitabit, neq; dormiet: qui custodit Israel. Dominus custodit te, Dominus protectio tua: super manum dexteram tuã. Per diem sol non vret te: neq; luna per noctem. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc, & vsque in sæculum. Gloria Patri, &c.

LÆtatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Ierusalem. Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in id ipsum. Illùc enim ascenderunt tribus, tribus Domini testimonium Israel ad confitendum nomini Domini. Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid. Rogate quę ad pacem sunt Ierusalem: & abundãtia

dili-

diligentibus te. Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis. Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te. Propter domum Domini Dei nostri: quæsiui bona tibi. Gloria Patri, &c. *Antiphona.* Benedic Domine domum istam nomini tuo ędificatam. *En el entretanto ròcia dentro las paredes en la parte de arriba, y despues abajo con el agua bendita empeçando por la parte del Euãgelio, y diziendo:* Asperges me Domine, &c. *Entonces buelto otra vez hàzia el Altar dize:* Oremus. *Los ministros.* Flectamus genua. ℟. Leuate.

DEus, qui loca nomini tuo dicanda sanctificas, effunde super hanc orationis domum, gratiam tuam, vt ab omnibus hìc nomen tuum inuocantibus auxilium tuæ misericordiæ sentiatur. Per Dñum nostrũ Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & reg-

nat in vnitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Acabadas todas eſtas coſas ſe dize Miſſa del tiempo occurrente, ò del Santo, ò Santa del dia.

¶ ORDEN DE RECONCILIAR LA Igleſia violada ſi no eſtaua antes conſagrada por algun Obiſpo.

LA reconciliaciõ dela Igleſia violada ſe haga por el Sacerdote que tiene facultad para ello deſte modo. El Altar de la Igleſia de todo punto ſea deſnudo; y preuengaſe q̃ la Igleſia ſe pueda ſin difficultad andar al rededor, aßi por de fuera como por de dentro, ſi ſe puede hazer. Aparejeſe el acetre del agua bendita cõ el hyſſopo, y el Sacerdote reueſtido de amicto, alba, cingulo, eſtola, y capa blanca và â la primera puerta de la Igleſia, en donde eſtando en pie, empieça la A*ña.* Aſperges me Dñe, &c. *proſiguiendola los cantores. Pſalmo:* Miſerere mei Deus, &c. *Todo cõ* Gloria Patri, &c. *El qual acabado, ſe repite la* A*ña. Mientras la* A*ña. y Pſal-*

Psalmo se dizen, el Sacerdote con el agua bẽdita rociа al rededor la Iglesia por de fuera, y tambien el cimenterio, y las paredes de la Iglesia, la tierra del cimenterio, y principalmente, y en particular los lugares contaminados y sucios. Lo qual hecho se buelue al lugar, en donde empeçò a echar agua bendita, y estando en pie dize.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantã præ cæteris gratiam contulisti; vt quicquid in tuo nomine dignè, perfectique ab eis agitur, à te fieri credatur, quæsumus immensam clementiã tuam, vt quod modo visitaturi sumus, visites, & quicquid benedicturi sumus, bene ✠ dicas, atque ad nostræ humilitatis introitum. Sanctorum tuorum meritis fuga dæmonum, Angeli pacis ingressus. Per Christum Dñum nostrum. ℟. Amen.

Luego el Sacerdote empieça las Ledanias, y en-

tra en la Iglesia con los cantores, los quales las van cantando hasta el Altar mayor, en donde se hinca de rodillas el Sacerdote, y quando se vuiere dicho. Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam, &c. Te rogamus audinos. *El Sacerdote se leuanta, y en voz clara dize.* Vt hanc Ecclesiam, Altare hoc, & cœmeterium pur ✠ gare, & reconciliare digneris. Te rogamus audi nos. *Las quales cosas dichas, otra vez se hinca de rodillas, y las Ledanias se acaban, las quales acabadas, el Sacerdote buelto al Altar dize.* Oremus. *Los ministros.* Flectamus genua. ℟. Leuate.

PRæueniat nos, quæsumus Dñe. misericordia tua, & intercedētibus omnibus Sāctis tuis, voces nostras clemētia tuæ propitiationis anticipet. Per Christū Dominum nostrum ℟. Amen. *Despues el Sacerdote se hinca de rodillas ante el Altar, y signandose, dize en voz clara:* Deus in adiutorium meum intende. *Entonces*

se leuanta, y el Coro responde: Domine ad adiuuandum me festina: *y el Sacerdote estando en pie dize:* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sãcto. ℟. Sicut erat in principio, &c. *Lo qual dicho, el Sacerdote empieça prosiguiendo el Coro esta Antiphona.* Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. *Psalmo.* In Ecclesijs benedicite Deo Domino: de fontibus Israel. *Repitese la Aña.* Ibi Benjamin adolescentulus: in mentis excessu. *Repitese la Aña.* Principes Iudà, duces eorum: principes Zabulon, principes Nephthali. *Repitese la Aña.* Manda Deus virtuti tuæ confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. *Repitese la Aña.* A templo sancto tuo in Ierusalem: tibi offerunt Reges munera. *Repitese la Aña.* Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos,

qui

qui probati sunt argento. *Repitese la Aña.* Dissipa gentes, quæ bella volunt: venient legati ex Ægypto: Æthiopia præueniet manus eius Deo. *Repitese la Aña.* Regna terræ cantate Deo: psallite Domino. *Repitese la Aña.* Psallite Deo, qui ascendit super cœlum cœli: ad orientem. *Repitese la Aña.* Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo super Israel: magnificēcia eius, & virtus eius in nubibus. *Repitese la Aña.* Mirabilis Deus in Sanctis suis, Deus Israel, ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus. *Y no se dize* Gloria Patri, &c. *Pero la Antiphona se repite. Mientras la Antiphona, y el Psalmo de arriba se dizen, el Sacerdote rodea toda la Iglesia por de dentro rociandola con agua bendita, y tambien especialmente los lugares contaminados, y sucios: lo qual hecho estando en pie en el lugar dōde se pone el Sacerdote para dezir*

Missa, que es en medio del Altar, buelto al mis-
mo Altar dize.

DEus, qui in omni loco domina-
tionis tuæ clemens, & benignus
purificator assistis, exaudi nos, quæsu-
mus, & concede, vt in posterum inuio-
labilis huius loci permaneat benedictio,
& tui muneris beneficia, vniuersitas
fidelium, quæ supplicat, percipere me-
reatur. Per Christum Dñum nostrum.
℟. Amen. *Despues se dize Missa del dia*
que occurre. El Sacerdote simple tan solamente
por priuilegio de la Sede Apostolica puede re-
conciliar la Iglesia consagrada por algun Obispo,
y entõces vse del orden q̃ està en el Pontifical, y
aya reuestido de amicto, alba, cingulo, estola, y
capa blanca, lleuando cõsigo algunos Presbyteros,
y el agua bendita por el Obispo para este effecto.

¶ BENDICION DE CIMENTERIO
nueuo segun el Ritual de Paulo V.

¶ *Vn dia antes, que se haga la bendicion se*
pone

pone en medio del cimenterio que â de ſer bẽdito vna Cruz de madera de la altura de vn hombre, y delante della en la tierra ſe fixa vna eſtaca pequeña de la altura de vn codo con tres puntas de madera diſpueſtas para poner en ellas tres candelas. El ſiguiente dia por la mañana el Sacerdote ſe reueſtirà de amicto, alba, cingulo, eſtola, y capa de color blanco, por delante yrà el agua bendita con el hyſſopo, y el incenſario con la naueta, è incienſo, y tres candelas de cera. Và al cimenterio que â de bendecir delante de la Cruz que ſe puſo en medio el dia antes, y ſe fixan, y encienden las tres candelas ſobre las tres puntas de la eſtaca. El Sacerdote ante la Cruz, y las candelas eſtando en pie dize. Oremus.

OMnipotens Deus, qui es cuſtos animarum, & tutela ſalutis, fides credẽtium, reſpice propitius ad noſtrę ſeruitutis officium, & ad introitum noſtrum pur ✠ getur, bene ✠ dicatur, & ſancti✠ficetur hoc cœmeterium, vt huma-

humana corpora hic poſt vitæ curſum
uieſcentia, in magno iudicij die ſimul
um fœlicibus animabus mereantur
dipiſci vitæ perennis gaudia. Per
hriſtum Dñum noſtrum. ℟. Amen.
uego ante la miſma Cruz hincados de rodillas dos dizen las Ledanias ordinarias, empeçando- s el Maeſtro de los cantores, los quales reſpon- eran, y quando ſe vuiere dicho. Vt omnibus delibus defunctis requiem æternam onare digneris. Te rogamus audi nos.
l Sacerdote ſe leuanta, y con voz clara dize.
t hoc cœmeterium purgare, & bene dicere digneris. Te rogamus audi os. *Deſpues el Sacerdote ſe hinca de rodillas no antes, y ſe acaban las Ledanias, las quales abadas ſe leuantan todos, y el Sacerdote ròcia Cruz con agua bendita diziendo la Aña:* Aſperges me, &c. *con* Gloria Patri, &c. *Lo al dicho ſe repite la Antiphona, y mientras ſe ze el Pſalmo:* Miſerere mei Deus, *con*

Glo-

Gloria Patri. *El Sacerdote anda al rededor todo el cimenterio empeçando à echar agua bendita por la mano derecha en todas partes del. Lo qual hecho se buelue ante la Cruz, y mirando à ella dize.* Oremus.

DEus, qui es totius orbis conditor, & humani generis redemptor, cunctarumque creaturarum visibilium, & inuisibilium perfectus dispositor, te supplici voce, ac puro corde exposcimus, vt hoc cœmeterium, in quo famulorum, famularumque tuarum corpora quiescere debent, post curricula huius vitæ labentia purga ✠ re, bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris: quique remissionem omnium peccatorum per tuam magnam misericordiam in te cōfidentibus pręstitisti, corporibus quoque eorum in hoc cœmeterio quiescentibus, & tubam primi Archangeli expectantibus consolationem perpetuam lar-

gitè

giter impartire. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. *Luego fixa en lo alto de la Cruz vna de las tres candelas encendidas, y las otras dos encendidas en los braços de la Cruz, despues inciẽsa à la Cruz, y la ròcia con agua bendita, y se buelue con los ministros à la Sacristia.*

¶ ORDEN DE RECONCILIAR EL cimenterio violado, ora estè contiguo à la Iglesia, ora apartado, en donde la Iglesia no està contaminada.

¶ El *dia por la mañana, en que se à de hazer la reconciliacion, el Sacerdote que tiene facultad para ello reuestido de amicto, alba, cingulo, estola, y capa de color blanco se llega al medio del cimenterio, lleuando por delante el agua bendita con el hyssopo, y alli se hinca de rodillas sobre vn tapete juntamente con los ministros, y los cantores, y todos los demas hincados de rodillas dizen las Ledanias, en las quales quando fuere dicho.* Vt omnibus fidelibus defunctis, &c. Te

rogamus audi nos. *El Sacerdote se leuanta, y haziendo con la mano derecha la señal de la Cruz sobre el cimenterio con voz clara dize.* Vt hoc cœmeterium recon ✠ ciliare, & sanctificare digneris. Te rogamus audi nos. *Lo qual dicho se arrodilla como antes, y los cantores prosiguen las Ledanias hasta acabarlas, y acabadas, se leuantan todos, y el Sacerdote tomando el hyssopo con agua bendita empieça la Antiphona:* Asperges me, *y el Coro prosigue:* Domine hyssopo, &c. *Psalmo:* Miserere mei Deus: *Dizese todo sin* Gloria Patri, *y al fin se repite la Antiphona:* Asperges me, &c. *y mientras se dizen la Antiphona, y Psalmo, el Sacerdote anda al rededor del cimenterio empeçando por el lado derecho à rociar en todas partes con el agua bendita, en particular, y en especial en el lugar donde se violò el cimenterio. Lo qual acabado, se buelue al lugar, donde se dixeron las Ledanias, y estando alli en pie dize:* Oremus. *Los ministros.* Flectamus

ge-

genua. ℟. Leuate.

DOmine pie, qui agrum figuli pretio ſanguinis tui in ſepulturam peregrinorum comparari voluiſti, quęſumus, dignanter reminiſcere clementiſsimi huius myſterij tui. Tu es enim Domine figulus noſter, tu quietis noſtrę ager, tu agri huius pretium, tu dediſti etiam, & ſuſcepiſti: tu de pretio tui viuifici ſanguinis nos requieſcere donaſti. Tu ergo Domine, qui es offenſionis noſtræ clementiſsimus indultor, expectantiſsimus iudicator, iudicij tui ſuperabundantiſsimus miſerator, iudicium tuæ iuſtiſsimæ ſeueritatis abſcondens poſt miſerationem tuæ pie redemptionis adeſto exauditor, & effector noſtræ reconciliationis. Hocq́ cœmeterium peregrinorum tuorum cœleſtis patriæ incolatum exſpectantium, benignus purifica, & reconcilia; & hìc

tumulatorum, & tumulandorum corpora de potentia, & pietate tuæ resurrectionis ad gloriam incorruptionis nõ damnans, sed glorificans resuscita. Qui venturus es iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen. *Acabado esto se buelue cõ los ministros à la Sacristia.*

¶ BENDICIONES, QVE PVEde hazer qualquiera Sacerdote en offreciendose occasion para ello, assi en el Altar acabada la Missa, como fuera de el.

¶ BENDICION DE LOS PANES DEL glorioso San Diego.

¶ *Acabada la* Missa *mayor, el Sacerdote và reuestido de capa blanca con los ministros reuestidos tambien de almasticas blancas, y puestos los panes, ò roscas en vna mesa empieça el Sacerdote la bendicion deste modo.*

℣. Adiutorium nostrum, &c. ℣. Dominus vobiscum, &c. Oremus.

Do-

DOmine Iesu Christe, panis Angelorum, panis viuus, & æternæ vitæ, qui es mirabilis in Sanctis tuis, quique post obitum Beati Didaci confessoris tui, manum eius panem puerulo porrigentem extra sepulchrum mirabiliter ad ipsius glorię manifestationem apparere fecisti; quæsumus clementiam tuam, vt per intercessionem eiusdem confessoris tui bene ✠ dicere digneris panes istos, vt omnes ex panibus istis ob venerationem eiusdem Sancti deuotè gustantes, corporis, & animæ desiderabilem percipiant sanitatem. Per te Iesu Christe, Saluator mundi, qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen. Oremus.

DOmine Iesu Christe, tuam misericordiam implorantes, suppliciter exoramus; vt bene ✠ dicere digneris panes istos, sicut magnificentia

tua benedixisti quinque panes in deserto; vt omnes ex eis dignè gustantes; inde corporis, & animæ desideratam percipiant sanitatem; sintque eis remedium salutare, & præsta per inuocationem tui Sanctissimi nominis, & per intercessionem Beati Didaci cōfessoris tui; vt quicumque ex eis sumpserint, corporis sanitatem, & animæ tutelam consequantur. Qui cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti viuis, & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. ℞. Amen. Oremus.

DOmine I E S V Christe, ægrotantium medicina, & egentium refugium, qui beatum Didacum Confessorem tuum magna erga pauperes, & infirmos miseratione decorasti: tribue, quæsumus, famulis tuis eius intercessione hos panes à te benedictos ita deuotè suscipere; vt omnes, qui ex eis gustaue-

tauerint, corporis ſanitatem, & animæ refugium recipere mereantur. Per te Ieſu Chriſte Saluator mundi, qui in Trinitate perfecta viuis, & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amē.
Deſpues echa agua bendita ſobre ellos.

¶ BENDICION DE LOS PANES DE S. Nicolas de Tolentino.

℣. Adiutorium noſtrum, &c. ℣. Dominus vobiſcum, &c. Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui benedixiſti quinque panes in deſerto, multiplica ſuper fideles tuos miſericordiam tuæ pietatis; quemadmodum feciſti cum Patribus noſtris in tua miſericordia ſperantibus, & bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris hanc creaturam panis, quem ad ſubſidium tuorum fidelium tribuiſti: quatenus à quocumq; ſumptus fuerit, benedic ✠ tionis tuæ opulētia repleatur, & gratia-

rum actione per te in visceribus ipsorum sanctificetur. Per te Iesu Christe, Saluator mundi, qui viuis, & regnas in sæcula sæculorũ. ℟. Amen. Oremus.

DOmine sancte, Pater omnipotens, sempiterne Deus, qui per potentiam tuam panem istum in forma visibili tribuisti, & magnitudine largitatis tuę humanis vsibus emanare de segete iussisti; te suppliciter exoramus; vt hunc panem, quem negligentia poluit, sancti Spiritus gratia ad munditiã reuocet, & sancti ✠ ficet, mundet, ac purificet, & turpitudo callidi hostis abscedat, ac familiæ tuæ deinceps cum benedictione comestibilis tribuatur, & comedentium mundentur corda, & corpora. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus.

PRæcamur Domine Deus tuæ pietatis clementiam; vt panem istum

cœlesti benedic ✠ tione sanctifices, & ita ex hoc fugare digneris omnem diabolicæ tentationis incursum; vt quicumque ex hoc comederit, totius virtutis, & sanitatis dulcedine perfruatur,& tibi sanctificatori, & Saluatori omnium gratias cum gaudio,& lætitia agere mereatur. Per Christum Dominum nostrum, ℞. Amen.

Oremus.

TE igitur suppliciter deprecamur; vt bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris hanc creaturam panis; vt quicumque ex eo gustauerit, per intercessionem dilecti tui Nicolai de Tolentino consequatur vitam æternam, & extingue ab omnibus dignè sumentibus siquid veneni, siquid mortiferæ operationis fuerit,& clementer eos defende. Per Christum Dñum nostrum. ℞. Amen. Oremus.

DEus, & Pater Domini nostri I E-
SV Christi, cuius verbo cœli fi[r-]
mati sunt, cui omnia subdita sunt, cu[i]
omnis creatura deseruit, & potesta[s]
subiecta est, & metuit, & expauesc[it]
nos te ad auxilium prouocamus, cuiu[s]
audito nomine serpens conquiescit, &
draco fugit, silet vipera, & omnia ve-
nenata, & adhùc fortia animalia rep-
tantia noxia terrentur, & omnes aduer-
sæ salutis humanæ radices arescunt: t[e]
ergo Domine suppliciter deprecamu[r,]
vt bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare dig-
neris hanc creaturam panis; vt quis-
quis ex hoc comederit, per interces-
sionem dilecti Filij tui Nicolai de To-
lentino vitam æternam consequatu[r.]
Per Dominum nostrum I E S V M
Christum Filium tuum, qui tecum vi-
uit, & regnat in vnitate Spiritus san-
cti Deus per omnia sæcula sæculorum.

. Amen. *Antiphona.*

NIcolaus verus Christi pauper, virgo à Deo electus, obedientiam giter seruans, Eremitarum ordinem gnis, & virtutibus decorauit. ℣. Ora ro nobis Beate Nicolae. ℟. Vt digni ficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

POpulum tuum Domine quę sumpsimus sacramenta custodiant; vt ui sancti Nicolai de Tolentino confesoris tui iugiter implorant auxilium; etitionum suarum salutarem conseuantur effectum. Per Dñum nostrum esum Christum Filium tuum, qui te um viuit & regnat in vnitate Spiritusncti Deus per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Si se hiziere esta bendicion en algun dia de Quaresma, se dexe la Oracion precedente, y diga la siguiente.

Con-

COncede quæsumus, omnipotens Deus; vt Ecclesia tua, quæ in fine sæculorum ineffabili prouidentia, beati Nicolai confessoris tui virtutum, & miraculorum magnitudine coruscat, ipsius meritis, & intercessione eliminatis erroribus, perpetua pace, ac vnitate lætetur. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen. *Despues echa agua bendita sobre ellos.*

¶ BENDICION DEL ROSARIO DE LA Bienauenturada Virgen MARIA.

℣. Adiutorium nostrum, &c. ℣. Dominus vobiscum, &c. Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui propter eximiam charitatem tuam, qua dilexisti nos, Dñum nostrum Iesum Christum de cœlis in terram descendere, & Beatissimæ Virginis Mariæ vtero sacratissimo Angelo nunciante carnem suscipere, Crucemq; ac mor-

ortem ſubire, & tertia die à mortuis
orioſè reſurgere voluiſti; vt nos eri-
eres de poteſtate diaboli: obſecra-
ius clementiam tuam; vt hoc ſignum
oſarij in honorem, & laudem eiuſ-
em Genitricis Filij tui ab Eccleſia tua
deli dicatum bene ✠ dicas, & ſancti ✠
ces, eique tantam Spiritus ſancti in-
ndas virtutem; vt quicumque quod-
bet ſecum portauerit; atque in domo
ia reuerenter habuerit, & in eis ad te
cundum ſanctę Societatis inſtituta di-
ina contemplando myſteria deuotè
rauerit: ſalubri, & perſeuerante de-
otione abundet, ſitque conſors, & par-
ceps omnium gratiarum, quæ eidem
nctæ Societati per ſanctam Sedem
poſtolicam cõceſſa fuerunt, & ab om-
i hoſte viſibili, & inuiſibili ſemper,
t vbique in hoc, & in futuro ſæculo li-
eretur, & in exitu ſuo ab ipſa Beata
Virgi-

Virgine Maria Deigenitrice tibi ple nus bonis operibus præsentari mereatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. *Despues echa agua bendita sobre el, y si fueren muchos los rosarios, que se bendixeren, digase esta Oracion de arriba en numero plural.*

¶ BENDICION DE LAS ROSAS A honra de la Bienauẽturada Virgen MARIA.

℣. Adiutorium nostrum, &c. *Psalmo.*

ECce quam bonum, & quam iucundum: habitare fratres in vnum. Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam, barbã Aaron. Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros Hermon, qui descendit in mõtem Sion. Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem: & vitam vsq; in sæculum. Gloria Patri, &c. *Aña.* Virgo MARIA non est tibi similis nata in mundo inter mulieres, florens vt

rosa,

sa,fragrans ſicut lilium. ℣. Ora pro
obis ſancta Dei Genitrix. ℟. Vt dig-
efficiamur promiſsionibus Chriſti.
Sicut dies verni circundabant eam.
Sicut lilia conuallium. Oremus.
DEus, creator, & conſeruator ge-
neris humani, dator gratiæ ſpi-
tualis, & largitor æternæ ſalutis, be-
edictione tua bene ✠ dic has roſas,
uas pro gratijs tibi exoluendis, cum
uotione, ac veneratione ſemper Vir-
nis MARIÆ hodie tibi præſenta-
us, & petimus benedici, & infundi
eis per virtutem ſanctæ Crucis ✠
enedictionem cœleſtem; vt qui eas
odoris ſuauitatem, & repellendas
firmitates humano vſui tribuiſti; ta-
m ſignaculo ſanctæ ✠ Crucis bene-
ctionem accipiant; vt quibuscumque
firmitatibus appoſitæ fuerint, ſeu qui
s in domibus ſuis, vel locis cū deuo-
tione

tione habuerint, aut portauerint, infirmitates ſanentur, diſcedant diaboli, cõtremiſcant, & fugiant perfidi cum ſuis miniſtris de habitationibus illis; nec amplius tibi ſeruientes inquietare præſumant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. *Deſpues echa agua bendita ſobre ellas.*

¶ BENDICION DE LAS PALMAS DE San Pedro Martyr contra rayos, y tẽpeſtad.

℣. Adiutorium noſtrum, &c. ℣. Domine exaudi orationem meam, &c. ℣. Dominus vobiſcum, &c. Oremus.

EXaudi preces tuorum fideliũ omnipotens Deus; vt ſicut Moyſi famulo tuo in Helin vbi erant ſeptuaginta palmæ, & duodecim fontes aquarum propitius adfuiſti, in ſolemnitate ſanctiſsimi Petri Martyris tui, quam hodie colimus, ad ſtanti deuoto populo tuo ad eſſe tua immenſa pietate dig-

neris,

neris, & has palmas, quas in honorem tui nominis, & pro reuerentia eiusdem tui præfati Martyris suscipere anhelat, bene ✠ dicere digneris, vt in quibuscumque locis, domibus, hortis, vineis, nemoribus, vel agris fuerint collocatę tuã largam cõsequi benedictionem, benignamq́ custodiam, habitatores, possessores ve mereantur, atq́ omnis aduersitas, fulgur, & tempestates malignorum spirituum per intercessionem, & merita eiusdẽ sanctissimi Petri Martyris diffugiant, & ad nihilum redigantur, quatenus fideles de tua gratuita misericordia confidentes, & palmas deuotis manibus suscipientes, & quibusvis locis eis visum fuerit collocatæ, tam ipsi, quam eorum bona ab omni incursu, & infestatione nequissimorum dæmonum ineffabili tua clementia protegantur, & eiusdem beatissimi

Petri Martyris aſsiduo patrocinio ſalutem mentis, & corporis conſequi mereantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen. *Deſpues echa agua bendita ſobre ellas.*

¶ BENDICION DE LAS CANDELAS fuera del dia de la Purificacion de la V. M.

℣. Adiutorium noſtrum, &c. ℣. Dominus vobiſcum, &c. Oremus.

DOmine IESV Chriſte Filij Dei viui bene ✠ dic candelas iſtas ſupplicationibus noſtris, infunde eis Domine per virtutem ſanctæ ✠ Crucis benedictionem cœleſtem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuiſti, talemque benedictionem ſignaculo ſanctæ ✠ Crucis accipiant; vt quibuſcumque locis accenſæ, ſiue poſitæ fuerint, diſcedant principes tenebrarum, & contremiſcant, & fugiánt pauidi cum omnibus miniſtris ſuis ab

habi-

habitationibus illis: nec præsumant amplius inquietare, aut molestare seruiẽtes tibi omnipotenti Deo, qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Despues echa agua bendita sobre ellas.

¶ BENDICION DE LA CAMPANA.

℣. Adiutorium nostrum, &c. ℣. Dominus vobiscum, &c. Oremus.

DOmine IESV Christe, Filij Dei viui bene✠dic Cymbalum istud supplicationibus nostris, infundeq; ei Domine per virtutem sanctæ ✠ Crucis benedictionem cœlestem; vt eius auditio sonitu, habitatores huius loci alacri animo congregentur in Ecclesia ad laudem, & honorẽ nominis tui, talemq; virtutem accipiat; vt quibuscumque locis insonuerit, discedant principes tenebrarum, & contremiscant, & fugiant pauidi cũ omnibus suis ministris; nec præsumant amplius nubes conturbare,

ſemina lædere, aut moleſtare ſeruientes tibi omnipotenti Deo, qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deſpues echa agua bendita ſobre ella.

¶ BENDICION DE HABITO, Y ESCApulario qualquiera que ſea.

℣. Adiutorium noſtrum, &c. ℣. Dominus vobiſcum, &c. Oremus.

DEus, qui veſtimentum ſingulare ad indumentum ęternæ iucunditatis, tuis fidelibus promiſsiſti, clementiam tuam ſuppliciter exoramus, vt hoc indumentum, humilitatem cordis, & mundi contemptum ſignificans, quo famulus tuus (*vel* famula tua) in ſancto, ac firmo propoſito veſtiri deſiderat, propitius bene ✠ dicas, & caſtitatis habitum, quem te inſpirante ſuſcipit, te protegente cuſtodiat, vt quem (*vel* quam) ſacræ religionis veſte induis temporaliter, beata facias immortalitate

tate vestiri. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. *Despues echa agua bendita sobre el. Esta misma bendicion sirue para muchos habitos, y escapularios diziendo la Oracion siguiente en esta forma.*

DEus, qui vestimentum singulare ad indumentum æternæ iucunditatis, tuis fidelibus promisisti, clementiam tuam suppliciter exoramus, vt hæc indumenta, humilitatem cordis, & mundi contemptum significantia, quibus famuli tui (*vel* famulæ tuæ) in sancto, ac firmo proposito vestiri desiderant, propitius bene ✠ dicas, & castitatis habitus, quos te inspirante suscipiunt, te protegente custodiant, vt quos (*.i.* quas) sacræ religionis veste induis temporaliter, beata facias immortalitate vestiri. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. *Despues echa agua bendita sobre ellos.*

¶ BENDICION DEL HABITO, Y cuerda de Nr̃o Padre S. Francisco.

℣. Adiutorium nostrum,&c. ℣. Dominus vobiscum, &c. Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus,qui talẽ tuis Sacerdotib⁹ potestatem cõtulisti, vt quicquid benedicerent, sit benedictum: & quicquid cõsecrarent,sit consecratum: bene ✠ dic quęsumus habitum istum (.l. habitus istos), & concede: vt qui in honorem sanctissimi confessoris tui Patris nostri Francisci, eo, (.l. eis,) induitur (.l. induuntur.) ab omnibus liberetur (.l. rentur) aduersis. & in corpore & anima,tuę benedictionis rorem suscipiat (.l. ant) Similiter oramus immensam clementiam tuam, vt bene ✠ dicere digneris funem istũ, (.l. funes istos) vt qui eo, (.l. eis) exterius cinctus (.l. ti) fuerit (.l. rint) intus incolummis (.l. es) perseueret (.l. rent) eius-

eiusdem beatissimi cõfessoris tui Francisci meritis & intercessione. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen. *Despues echa agua bendita sobre el, y ella. Y quando se le pone à la persona cuyo es, se diga.* ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DOmine Iesu Christe lux vera, de vero lumine: quęsumus clementiam tuam, vt per intercessionem beatissimi Patris nostri Francisci confessoris tui: mentem (.*l.* es) & cor (.*l.* da) huius (.*l.* horum) famuli tui (.*l.* lorum tuorum) illumines, vt tibi semper famuletur (.*l.* lentur), mundoque corde iugiter placeat (.*l.* ant). Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amẽ.

¶ BENDICION DE LA CORREA DE nuestro Padre S. Augustin.

℣. Adiutorium nostrum, &c. ℣. Dominus vobiscum. &c. Oremus.

OMnipotens, ſempiterne, & miſericors Deus, qui pietatis miſericordia peccatoribus quærentibus veniam, & miſericordiam tribuiſti: oramus immenſam clementiam tuam; vt hanc corrigiam bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris; vt quicumque pro peccatis ſuis cincti fuerint, & miſericordiam tuam implorauerint, veniam, & indulgentiam tuæ ſanctæ miſericordiæ conſequantur. Per Dominum noſtrum, &c. ℟. Amen. *Deſpues echa agua bendita ſobre ella, y quando ſe la pone à la perſona cuya es, ſe diga.* Accipe corrigiam ſuper lumbos tuos; vt ſint lumbi tui præcincti in ſignum caſtitatis, & temperantiæ. In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ ſancti. Amen. Oremus.

DOmine IESV Chriſte lux vera de vero lumine, quæſumus clementiam tuam; vt per interceſsionem

beatiſ-

beatiſsimi Patris Auguſtini confeſſoris tui, atq; Pontificis mentem, & cor huius famuli tui illumines; vt tibi caſto corpore famuletur, & corde mundiſsimo iugiter placeat. Qui viuis, & regnas, &c. ℞. Amen.

¶ BENDICION DE LOS CORDONES del bienauenturado S. Blas en ſu dia.

℣. Adiutorium noſtrum, &c. ℣. Dominus vobiſcum. &c. Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotens æterne Deus, per partum Beatiſsimę Virginis Mariæ, & per interceſsionem ſerui tui Blaſij Martyris tui, atq; Pontificis, & omnium Sanctorum bene ✠ dicere digneris hos funiculos tua ſancta ſpirituali benedictione; vt ſint omnibus ſummentibus ſalus mentis, & corporis, atque contra omnes morbos, & vniuerſas inimicorum inſidias tutamen. Per Dominum

nostrum Iesum Christũ Filium tuum, panem vitæ, qui de cœlo descendit, & dat vitam, & salutem mundo, qui tecum, & cum Spiritu sancto viuit, & regnat, &c. ℞. Amen. Et benedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti descendat, & maneat super hos funiculos. Amen. *Despues echa agua bendita sobre ellos.*

¶ BENDICION DE NAO NVEVA segun el Ritual de Paulo Quinto.

℣. Adiutorium nostrum, &c. ℣. Dominus vobiscum, &c. Oremus.

PRopitiare Domine supplicationibus nostris, & bene ✠ dic Nauem istam dextera tua sancta, & omnes, qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noe ambulantem in diluuio: porrige eis Domine dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: & mitte sanctum

Ange-

Angelum tuum de cœlis, qui liberet, & custodiat eam semper à periculis vniuersis, cum omnibus, quę in ea erunt: & famulos tuos repulsis aduersitatibus portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis, transactisque, ac rectè perfectis negotijs omnibus, iterato tempore ad propria cum omni gaudio reuocare digneris. Qui viuis, & regnas, &c. *Despues echa agua bendita sobre ella.*

¶ BENDICION DE CASA NVEVA segun el Ritual de Paulo Quinto.

℣. Adiutorium nostrum, &c. ℣. Dominus vobiscum. &c. Oremus.

TE Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac Domo, & habitatoribus eius, ac rebus, vt eam bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare, ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis Domine, de rore cœli abundantiam, & de pinguedine terræ

vitæ

vitæ ſubſtantiam, & deſideria voti eorum ad effectum tuæ miſerationis perducas. Ad introitum ergo noſtrum bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris hanc domum, ſicut benedicere dignatus es domum Abraham, Iſaac, & Iacob: & intra parietes domus iſtius Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque & eius habitatores, cuſtodiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deſpues echa agua bendita ſobre ella.

¶ BENDICION DE LA ESPADA ſegun el Pontifical Romano.

¶ *Vno de los miniſtros del Sacerdote tendrà la eſpada delante del Sacerdote, y la perſona cuya fuere ſe hincarà de rodillas delante del Altar. El Sacerdote diga.*

℣. Adiutorium noſtrum, &c. ℣. Dominus vobiſcum. &c. Oremus.

BEne ✠ dicere digneris, quęſumus Domine, enſem iſtum, & hunc famu-

famulum tuum, qui eum te inſpirante ſuſcipere deſiderat: pietatis tuæ cuſtodia munias, & illæſum cuſtodias. Per Chriſtum Dñum noſtrum. ℞. Amen.

Deſpues ſe echa agua bendita ſobre ella, y ſe la entrega â la perſona cuya fuere diziendo. Accipe enſem iſtum in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ ſancti; vt vtaris eo ad defenſionem tuam, ac ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ad confuſsionem inimicorum Crucis Chriſti, ac Fidei Chriſtianæ, & quantum humana fragilitas permiſerit, cum eo neminem iniuſtè lædas; quod ipſe preſtare dignetur qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat Deus in ſæcula ſæculorum. ℞. Amen.

¶ BENDICION DE LA VANDERA ſegun el Pontifical Romano.

¶ *Hincaſe de rodillas vno de los miniſtros, y tendrà la vandera en la mano mientras el Sacerdote*

dote la bendice, el qual dirà assi.

℣. Adiutorium nostrum, &c. ℣. Dominus vobiscum, &c. Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui es cunctorũ benedictio, & triumphantium fortitudo: respice propitius ad preces humilitatis nostræ, & hoc vexillum, quod bellico vsui præparatum est, cœlesti bene ✠ dictione sanctifica; vt contra aduersarias, & rebelles nationes sit validum: tuoque munimine circun septum, sitq; inimicis christiani populi terribile, ac intercedentibus sanctis tuis solidamentum, & victoriæ certa fiducia: tu enim es Deus, qui conteris bella, & cœlestis præsidij sperantibus in te præstas auxilium. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. *Despues echa agua bendita sobre ella. E hincandose de rodillas aquien se à de entregar, dize el Sacerdote.* Accipe vexillum

cœ-

cœlesti benedictione sanctificatum, sitque inimicis populi Christiani terribile, & det tibi Dominus gratiam, vt ad ipsius nomen, & honorem, cum illo hostium cuneos potenter penetres incolumis, & securus.

¶ CONJVRO CONTRA LANGOSTA, y otros animales nociuos.

¶ *El Sacerdote reuestido de sobrepelliz, y estola açul, ò morada, và al lugar en donde se á de hazer el conjuro, lleuarà vna Cruz, y el agua bendita, y en llegando dize.* ℣. Adiutoriū nostrum in nomine,&c. ℣. Domine exaudi orationem,&c. ℣. Dominus vobiscum. &c. Oremus.

PReces nostras, quæsumus Domine clementer exaudi; vt qui iustè pro peccatis nostris affligimur,& hanc vermium,seu murium,aut locustarum, vel aliorum animalium calamitatem patimur, pro tui nominis gloria ab ea mise-

misericorditer liberemur; vt per potentiam tuam expulsa nulli noceant; & hos agros, vineas, aut aquas intacta dimittant, quatenus quę ex eis orta fuerint, tuę maiestati deseruiant, & nostrę necessitati subueniant. Per Christum Dñum nostrum. ℟. Amen. Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus bonorum omnium auctor, & conseruator, in cuius nomine omne genuflectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, concede; vt quod de tua misericordia confisi agimus, per tuam gratiam, efficacem consequatur effectum, quatenus hos vermes, mures, aues, locustas, aut alia animalia noxia segregãdo segreges, exterminando extermines; vt ab ista calamitate liberati, gratiarum actiones Maiestati tuæ referamus. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus.

Deus,

DEVS, qui famulorum tuorum Moysi, & Aaronis ministerio ab Ægyptijs pro gloria nominis tui locustas, bruchos, cyniphes, aliasq́ plagas (scilicet iustitiæ tuæ in peccatores flagella) auertisti, à filijs quoq́ Israel prohibuisti, à populo in te credente similes calamitates aufer, vt potentiā tuam, & beneficentiam prædicemus. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen. Oremus.

LArgiri, & conseruare fructus terræ dignare Domine Deus noster; vt temporalibus gaudeamus auxilijs, & proficiamus spiritualibus incrementis. Per Christum Dominum nostrū. ℞. Amen. Oremus.

ORamus te Domine Deus noster, vt hos agros, aut vineas serenis oculis, hilariq́ vultu respicere digneris, tuamq́ super eos mitte bene✠dic-

tionem, vt non grando surripiat, non turbo subuertat, non vis tempestatis detruncet, non æstus exurat, non animalia noxia corrodant, neque inundatio pluuiæ exterminet, sed fructus incolumes vberes q̃; vsui nostro ad plenã maturitatem perducas. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. *Despues echa agua bendita, y dize.* Benedictio Dei omnipotentis Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ sancti descendat, & maneat super hos agros, aut vineas: & eorum fructus. Amen.

¶ REGLAS GENERALES, QVE SE han de guardar en las procesʃiones.

